Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36446
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



381

lationem & in psalmis contra eos impios scriptum est abuttitur: In freno & camo maxillas eorum
constringe qui non approximant tibi. Tibi autem hoc signum erit: comede hoc anno quae sponte
nascuntur & in anno secundo pomis uescere; In anno autem tertio seminate & metite
& plantate uineas & comedite fructum earum & mittit id quod saluatum fuerit de
domo iuda & quod reliquum est radicem deorsum & faciet fructum sursum quia de hie
rusalem exibunt reliquiae & saluatio de monte sion, zelus domini exercituum faciet istud;
Omnia haec per phetam pnuntiat ad ezechiam loquitur quid sennacherib dixerit quidei
dem responderit hunc ad ipsum sermonem facit metforitan dubitauerit quae dicta
sunt. Id circo uel maxime per phetae apud populum sermonum suorum habebant fidem quia non solum
de his quae multa post saecula futura erant sed etiam quae in continenti & post non grandi tem
poris spatium essent implenda memorabant & quod intra biennium et ex assiriis interit
& urbi hierusalem securitas redderetur; Hoc erit inquit signum eorum quae futura pro
nuntio quod hoc anno ea comedas quae sponte nascuntur sive iuxta lxx quae prius se
uerat anno autem secundo iuxta symmachum pomis uescere sive iuxta eosdem quae de
terris segetibus et cadente iterum semine pullulauerit; In anno autem tertio fugato
lamassirio & obsidione laxata seminate & metite plantate uineas & fructus
earum comedite; siquidem parue urbis huius reliquiae quae nunc hostili uallan
tur exercitu & euasura sese non sed uel tantam percipient rerum omnium abundantiam
ac felicitatem ut instar arboris altae radice fundatae pomis densissimis impleantur;
De hierusalem enim & de monte sion egredientur reliquiae & implebitur terram;
iudeam non suo merito sed dei misericordia immo zelo quod aduersus impias zelatus
est populum suum; Propter ea haec dicit dominus de rege assiriorum non introibit ciuitatem
hanc & non iaciet in ea sagittam nec occupauit eam clipeus & non mittit in circuitu
eius aggerem In uia qua uenit per eam reuertitur & urbem hanc non ingredietur dicit
dominus pregam quae ciuitatem istam & saluabo eam propter me & propter dauid seruum meum;
Reuertitur ad postum & post futurorum spem: presentem excutit malum, non
enim erat tanta laetitia super his quae longo post tempore uentura promiserat quanta
cura de imminentibus; quod autem dicit assirium recessurum nec leuaturum contra hieru
salem clipeum nec iaculatum missurum nec urbem muntionibus & aggerem et uallum ad
aduersarium quae prius quauenerat reuersurum & liberandam ciuitatem obsidione